

mortalitati : divinitatem denique , quam humanitati inferat . Ceterum si contumacia atque arrogantia sua ductus ille noster agricola , magistrum atque consiliarium suum relinquere voluerit , divinas , inquam , Scripturas : errabit vagus , & in cogitationes malas incidet ; congerensque consuetudines absurdas atque perverfas , inferet naturæ suæ quæ maxime ei sunt contraria : puta , infidelitatem , ignorantiam , odium & invidiam , superbiam , inanem gloriam , ambitionem , gulam , contentionem & contradictionem , aliaque plura his similia . Ubi enim Legislatorem dereliquerit , & ipse derelinquetur ab illo : fin vero poenitentia ductus seipsum agnoverit ac reprehenderit , procidentemque Legislatori dicat : peccavi , quod te deseruerim : illico Legifer ad misericordiam flexus , cum clementissime fulcipit , illique intellectum viresque bonas præbet , quo iterum naturæ suæ terram operetur , evellensque ex ea consuetudines pravas , inferat in illam virtutes optimas : coronisque præterea ac laudibus illum donat & ornat : ita nimirum , ut dum naturaliter esurit , abstineat ; sitiens toleret ; concupiscentiis stimulat , pudicitiam teneat ; somno gravatus , & pigritia atque segnitie a divinis laudibus torpescens , ad vigilias se convertat , seque ipsum ad glorificandum Deum compellat . Sicque coronatur , naturam vincens , virtutesque sibi acquirens . Gloria igitur benignitati ac clementiæ ejus , & confessio bonitati ejus , & adoratio miserationibus ejus . Quis enim pater ita misericors ? quis pater ita miserator ? quis pater sic suos diligit filios , quemadmodum nos servos suos Dominus noster diligit ? omnia quippe donat , omnia affluenter dispensat . Animarum nostrarum vulnera sanat , spretusque a nobis , longanimiter suffert . Omnes nos regni sui hæredes fieri desiderat . Vult etiam voluntatem nostram a se laudari , cum faciles levessque morbi per eam curentur ; graves vero & incurabiles morbos ipse sanat . Et pigri quidem ac desidis vulnera curat , ut os suum ad ipsum glorificandum aperiat . Peccatori quoque peccata sua dimittit , ut eum ad promptitudinem & alacritatem bonæ voluntatis excitet . Infirmum cito exaudit , ne in pusillanimitatem incidat . Ceterum magnanimis , & eis qui constanter ac perseveranter janua ejus pulsant , utrumque largitur , & fanitatem scilicet & mercedem . Poterat ille quidem cuncta animarum nostram sanare vulnera , nosque etiam invitos ad bonitatem convertere ; sed id facere non vult , ne voluntas nostra , arbitriique libertas laudibus ipsius privetur . Nos igitur ipsum

A καὶ ἔπαγον ἐν τῇ ἀδύξῃ , ἀθανάσιον ὃ ἐν τῇ θνητότητι , καὶ θεούτοπον ἐν τῇ ἀνθρώπιότητι . Ἐάν δὴ ποτε βεληθεῖν ὁ ἡμέτερος γεωργός , τῇ ἑαυτοῦ αὐθαδεῖα , ἐγκαταλείψαι τὸν διδασκαλον καὶ σύμβυλον αὐτοῦ , φημι δὴ τὰς θείας Γραφὰς , βείσκειται πλαναμένος . καὶ βέλοικον ἐνοίας ποιηρὰς , σωμάτων τε σωηθείας ἀνοήτους , καὶ ἐγκεντρύζων ἐν τῇ φύσει τὰ κλητὰ τῆ φύσεως , ἀπίσταν λέγω δὴ καὶ ἀγνωσίαν , μίσος τε καὶ φθόνον καὶ ὑπερηφανίαν , κενοδοξίαν τε καὶ φιλοδοξίαν καὶ γαστριμαργίαν , φιλονεικίαν τε καὶ ἀντιλογίαν , καὶ ἕτερα πολλά πᾶσι ταῦτα . Ἐγκαταλιπὼν γὰρ τὸ νομοθέτην , ἐγκαταλιμπάνει ὑπὲρ αὐτοῦ . Ἐάν ὃ μεταμεληθεὶς καταγὰδ ἑαυτοῦ , φοροπέσων τῶ νομοθέτη καὶ ἑαυτῶν ἡμαρτων , ἐγκατελιπὼν σε ὡς ἀρχηγὸν τῆ οἰκίας φιλανθρωπίαν ὁ νομοθέτης φοροδέχεται αὐτὸν , παρέχει ὃ αὐτῶ συνέσει καὶ δυνάμιν ἀγαθὴν , ἐργάζεσθαι πάλιν ἐκ δευτέρου τὴν γῆν φύσεως αὐτοῦ , ἐκκελεύσεται τε ἕξ αὐτῆς τὰς κακὰς συνθηκὰς , καὶ ἀντιφουτεῖσθαι ἀρετὰς ἀγαθὰς . Ἀλλὰ καὶ σεφάνους παρέχει αὐτῶ , καὶ ἐπαρῆς δωρεῖται αὐτῶ ἕτας , οἷον πενᾶ καὶ φθόνον , καὶ ἐγκρατὴστέα . διψᾶ , καὶ ὁμοίως ὑποδυμῆν ἑπιδυμῆν , καὶ σαφρονεῖν ἢ βαρεῖται τῶ ὕπνῳ ἢ τῶ ὕπνῳ συνέχεται εἰς δόξολογίαν τῷ δεσπότῃ , καὶ ἀρρηπνῶν βιάζεται ἑαυτὸν εἰς τὸ ὑμνοῦσαν ἕ Θεῷ . καὶ ἕτας σεφανῶντα νικήσας τὸ φθόνον , καὶ κτιστὸν ἀνδρὸς τὰς ἀρετὰς . Δόξα ποιῶν τῇ αὐτῷ φιλανθρωπίαν , καὶ ὑπομολογίαν τῇ αὐτῷ ἀγαθότητι , καὶ φοροκύνειαν τῇ βίσιπλανησίαν αὐτοῦ . Ποῖος ἔτω πατὴρ οἰκτιρῶν ; ποῖος ἔτω πατὴρ ἐλεήμων ; ποῖος ὁ πατὴρ ἕτας ἀγαπᾶ , καὶ ὁ ἡμέτερος δεσπότης , ὁ ἀγαπᾶν ἡμᾶς τὰς αὐτῷ δόξας . Πάντα παρέχει , καὶ πάντα οἰκονομεῖ ὑποφροσῆσθαι . Γὰρ τὰ τῶν ψυχῶν ἡμῶν τὰ βρώματα , καὶ μακροδυμῆν ὑφὸ ἡμῶν ἀδεστέμενος . θέλει πάντες κληρονομῆς ἡμᾶς τὸ αὐτῷ βασιλείας θουέξ , θέλει ὃ καὶ τὸ φοοῖρεσθαι ἡμῶν ἐπαρῆσθαι ὑφὸ αὐτοῦ , τὰ ἀλχηρῆ νοσηματα καὶ ἀτελῆ ἰαυδύμῳ . τὰ γὰρ βερέα καὶ δυστάτα αὐτὸς θεραπεύει . Γὰρ τὰ μὲν τῶ ὀνηρῶ τὰ βρώματα , καὶ τὸ ἀνοίγειν αὐτὸν εἰς δόξολογίαν τὸ εἶμα . καὶ ἕ ἀμαρτωλῶ ἀφίσει τὰς ἀμαρτίας , ἐπὶ τὸ εἰς φοοδυμίαν διεγῆραι αὐτὸν . Τῷ ἀδενῆς ὑπακούει ταχέως , ἵνα μὴ ὀλιγοψυχῆσθαι . Τοῖς ὃ μακροδύμοις καὶ ὑπομονηκῶς κρέσει τὰς δύρας , παρέχει τὰ συναμφοτέρα , τὴν τε ἴασιν καὶ τὸ μισθόν . Ἡ δύνατο μὲ γὰρ ἰάσασθαι τῶν ψυχῶν ἡμῶν πάντα τὰ βρώματα , καὶ μελαβαλεῖν ἡμᾶς βίαιος εἰς ἀγαθότητα , καὶ ἕ βέλεται , ἵνα ἡμῶν ἢ φοοῖρεσθαι μὴ σερηθῆν τὸ ἔπαγον αὐτοῦ . Ἡμῶν ποιῶν ἀμελεῖμεν ἐπικαλεῖσθαι αὐτὸν εἰς